



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

Quando & quomodo liceat à malis ministris sacramenta recipere. cap. 92.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

Sunainæ Card. Tol. 105

De peccato mortali. Cap. 92.

Pecatum mortale non impedit absolute sacramentorum administrationem, sed rectum eorum usum: unde qui mortali culpa grauantur Sacra menta ministrantes peccant mortaliter, inter quos sunt etiam recensendi Subdiaconi, & Diaconi ordines sacros solemniter ministrantes. Per gratiæ namque sacramentum quis ordinatus est Dei minister, & ideo in suo officio talem se teneatur exhibere, qualis per ordinacionem est effectus. Concionator autem si in mortali, reuerenter accedat, & absit contemptus, non peccat mortaliter, concionando, quia hic non est actus de se ordinis deputatus.

Quando, & quomodo liceat à malis ministris sacramenta recipere. Cap. 93.

A Ministris ab Ecclesia non toleratis, quales sunt haeretici, & nominatim excommunicati, ac publici clericorum percussores nisi in articulo mortis, nullum sacram. (Baptismo excepto) recipere licet. A toleratis vero etiam excommunicatis, modo non nominatim, nec sint publici percussores clerici, si expositi fuerint licebit recipere, quamvis illi pescant ministrando: sunt enim sicut fax accensa, quæ alios illuminans, se ipsam destruit. A malis, quibus ex officio incumbit, non modo recipere, sed & petere licet, quia nullius malitia debet alterius iuris derogare. Sed non ab iis qui non tenentur ex officio & non sunt expositi, saltem extra necessitatem.

De qualitate ordinatorum. C. 94.

Q Vinque potissimum sunt quæ in ordinatis requiruntur; Charitas, Religio, San-